

IOSEPHI SCALIGERI
DE ARTE CRITICA
DIATRIBA,

Nunc primum in lucem
edita,

Ex Museo

*Biblioteca del
Colegio Mayor de Cuenca*

IOACHIMI MORSEI.



LEODVNI BATAVORVM
Exudebat IACOBVS MARCI.

MDCCXIX.



JOSEPHI SCALIGERI

DIATRIBA

DE

CRITICA

AD

V. CL.

P. SCRIVERIVM.

TRIA genera Grammaticorum: alij τεχνικοί; alij ἰσομετροί; tertium genus κριτικοί vocantur. τεχνικοί elementa & primores literas docent; item partes orationis, structuram verborum, & similia, eos Græci γραμματικῶς potius, quam γραμματικοί; & Latini litteratores, non litteratos vocant.

A 2

Catuf

Catullus.

Munus dat tibi Sylla literator.

Ars autem non Grammatica, sed litteratura. Historici in fluminum, montium, regionum nominibus occupati sunt. abstrusas historias, aut μυθολογέματα, aut ποιητικῶς ἱστολογέματα explicant: genealogias Deorum, Heroum ac priscorum diligenter rimantur. Plane sunt quos indicat Iuvenalis.

*Ut legat historias, auctores noverit omnes
Tanquã ungues digitosque suos: ut fortè rogatus
Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat
Nutricem Anchisæ; nomen Patriamq; novercæ
Archemori: dicat quot Acestos vixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.*

Eadem quoque in Historico Grammatico ridet Lucianus ἐν τῷ περὶ τῶν ἱστορῶν μίμωσιν. Sed quanquam hæc ridentur ab illis, tamen

tamen propria sunt huius partis Grammaticæ, quæ ἰσορικὴ vocatur. Nobilior utrâque κερλική. Nam Critici tanquam censores quidam, & veterum librorum Senatim legere possunt, ut ille apud Aufonium:

Quique sacri lacerum collegit corpus Homeri.

& non probos tribu movere, ut apud eundem:

Quique notas spuris versibus addiderat.

quia παρεγγεγραμμένα, ἐμβολιμαῖα, νοθεύοντα, & similia deculpare, ut eorum verbo utar, solent, & nota culpæ apposita damnare; neque tantum quæ perperam ab auctori- bus dicta, scripta, pronunciata sunt ἀθετῶν, ὀβελίζων: sed & aliorum Criticorum temere scita notare ac castigare, quam κερλικὴν ἰκαίως ἀθετήσεις vocabant. Idem etiam duplices & ambiguas lectiones re-

censebant, quas *διηλὸς χρήσεις* dixerunt.
 Nam *χρήσεις*, oratorum, poetarum, histo-
 ricorum sunt auctoritates & scita. Sed præ-
 cipua huius studij pars, transposita in au-
 ctoribus suis sedibus vindicare, ut fecit il-
 le, qui *sacri lac. col. corp. H.* quo nomi-
 mine *μεταθέσεις τῶν γραφῶν* valde celebra-
 runt. Et conciliatio sententiarum etiam in
 Philosophis ad eos pertinebat. eiusmodi
 sunt *συμφωνίας τῶν δογμάτων* in Platone à ve-
 teribus Criticis notatæ. Sunt & eorum
ἐκλογαὶ καλλιγραφίας, quæ sunt ab illis in
 quodam auctore venuste novata: hujus
 enim artis & hæc pars est. Criticæ principes
 apud Græcos sunt Aristophanes, Crates,
 Aristarchus, Callimachus. Apud He-
 bræos *Masorita* sunt, qui apud Græcos
 Critici. ii incertas ac vagantes artis Gram-
 maticæ regulas in ordinem coegerunt: Bi-
 bliorum sacrorum scripta apicibus ac pun-
 ctis vocalibus, quæ Hebraismi anima est,
 exornarunt; *διηλὸς χρήσεις* quas ipsi vocant
 legen-

legenda non scripta, & scripta non legenda, συμφωνίας, διορθώσεις, ἐβελισμὸς, & si quæ sunt his cognata, in illorū Criticis Commentariis hodiè passim videmus. Denique ἡ κριτικὴ apud eos *Masoretib* vocatur, Apud Latinos nobilissimi Critici sunt Varro, Santra, Sisenna: sed omnium Princeps Varro. Eius Critica docuit ex multis fabulis unam tantum & viginti Plautinas esse, quæ postea Varronianæ dictæ sunt. Cum enim Plautinarum fabularum censum ageret, eas nominavit, cæteras præterivit. Hæc sunt quæ de Critica habui. Plura habebam: sed pauciora quæ ad rem facerent, ex tempore delegi.

F I N I S.